

satus fuerit, si^e iudicem suspectum habuerit, liceat appellare. Caveant etiam iudices ecclesiae, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant^f, quia irrita erit quippe^g, si^h causam pro facto dabunt. Proditoris vero nec calumnia nec vox audiat. Nemo enim debitorem amplius potest cognoscere quam ille, qui iniuriam eiusque sustinuit nequitiam. Oppressis namque ab omnibus inⁱ cunctis subveniatur causis. Haec omnia summo-
 315 pere sunt adtendenda^j. Nec criminatio minorum, quanto magis episcoporum, facile recipienda dicente domino: Non sequeris turbas ad faciendum malum. Et^k alibi: Non suscipias vocem mendacii. Et in Paralypomenon
 320 legitur: Omnia corda scrutatur dominus et omnem cogitationem novit. Homo vero videt in faciem^l, deus autem in corde. Et alibi scriptum est: Non potest humano condempnari examine, quem deus suo iudicio reservavit. Igitur omne pondus et circumstantia adversariorum nocumenta per patientiam, fratres, comprimere satagite, scientes, quia subversi sunt huius-
 325 modi et delinquent proprio ore dampnati, quia, qui fratres accusant vel infestant, non eos diligunt, sed magis neglegunt et peccant dicente apostolo: Dilectio proximi malum non operatur. Et alibi: Qui non diligit fratrem^m suum, quem videt, deum, quem non videt, quomodo potest diligere? Nos enim humiles corde ad ea, quae recta sunt, adiutore domino
 330 sapienter vinculo caritatis vobiscum sumus constricti, religionem catholicam in omnibus fortiter defensantes. Inprobisⁿ probe resistere non neglegamus. Unde dictum est: Neglegere enim, cum possis deturbare perversos, nihil aliud quam fovere, nec caret scrupulo societatis occulte, qui manifeste facinori desinit obviare.

335 <C. 15> EX EPISTOLA UICTORIS PAPAE, QUI FUIT QUINTUS X^{mus} POST PETRUM, TEOPHILO ALEXANDRINO EPISCOPO DIRECTA^o.

e) korr. aus sic B. f) korr. aus proferat B. g) korr. aus quippine B. h) korr. aus et B. i) nachgetr. B. j) korr. aus attendenda B. k) wohl korr. B. l) korr. aus facie B. m) Beginn fol. 7^v B. n) korr. aus inprobis B. o) korr. aus DIRECTO B.

313 quippine (aber quippe u. a. BII13; P102) et causam PsIs. 318 facile est PsIs. 321 facie PsIs (aber faciem u. a. I83; N442). 333 nihil est PsIs.

<C. 15> 335-362 Ps.-Victor (JK † 74) c. 4-6, mit teilweiser Aufnahme der Inschrift, ed. HINSCHIUS S. 128 Z. 10 - S. 129 Z. 1; ed. SCHON 031.htm. Darin 354 Matth. 16, 19. Die drei c. sind auch im Pitt (c. 5) und wortgleich in der Collectio ex epistolis Romanorum pontificum Hinkmars von Laon vorhanden, ed. SCHIEFFER, Streitschriften S. 68 Z. 7-29 (bzw. S. 412 Z. 1-23).

Abweichungen: 335-337 QUI FUIT QUINTUS DECIMUS POST PETRUM steht nach DIRECTA (337) Pitt.